



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

Probabile ac tutum est filios licetè cum indignis inire matrimonia Patre & matre dissentientibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

tri, voluit Deus pœnam mortis infligi, quam
erat decreturus parricidium committenti-
bus? sed his non obstantibus, hoc de hono-
randis parentibus præceptum, laxant Neo-
terici, dum omnem ejus obligationem, pa-
supra, circa primum decalogi Præceptum
allegatum esse indeterminatum tollunt: se-
hoc seposito sit.

PROPOSITIO.

*Probabile ac tutum est filios licite cum in-
dignis inire matrimonia Patre & ma-
tre dissentientibus.*

4. **C**onsensum Parentum ad matrimo-
nia de jure civili, sive fiant cum inde-
gnis, sive dignis à filijs contrahenda, esse ne-
cessarium, certum est, unde *Justinian.* lib.
Instit. tit. 10. ait ipsum suaderi & civili &
naturali ratione: Consentunt & Acatholici
Augustanæ confessionis professores, quin
tantum requirunt parentem ad matrimonii
filiorum consensum, ut illo deficiente, ipso
non subsistere & irrita esse afferant; nisi for-

-180790-

ad sponsalia copula carnalis accesserit, quo
casu illum nō requiri arbitrantur, ita *Carpz.*
insularis pr. Consist. defin. 60. n. 6. De jure au-
tē Canonico consensum requiri saltē de ho-
nestate, communis hucusque sententia fuit,
idque quando fiunt cum dignis, quanto ma-
gisi cum indignis? ita sentiunt *Henriquez.*
in summa lib. 11, cap. 6. *Basilius Pcntius lib. 2.*
de matrimonio: cap. 1. *Bellar. lib. 1. de Matri.*
cap. 19. & 20. *Eftius in 4. dist. 28. §. 2.* *S. Am-*
bros. Epift. 64 alias 23. ad Sisinnium. *Hesselinus*
lib. 5. Catechismi cap. 115.

5. Quorum omnium rationes sunt, prima
honor parentibus super omnes alios debi-
tus quarto decalogi præcepto expressus, qui
requirit, ne quid magnum filij sine ipforum
consensu aggrediantur.

Secunda quia parentum interest quem
generum vel nurum, cui dotem annume-
rent, quemque filij vel filiæ loco habeant,
sint adepturi, & hæc est ratio *S. Ambrosij lo-*
cocit.

Tertia, Parentes longà utique experien-
tiā docti, filiis auxilio & consilio tam ante,
quam in matrimonio esse possunt, quod tan-
to prom-

et promptius præstabunt, si cum suo con-
fensu & consilio matrimonium inierint, pro-
pter quod vituperatur *Esau*, quod sine pa-
rentum consensu illas sibi matrimonio co-
pularit, quas illi pro nuribus noluerūt agno-
scere: Accedit ex parte filiarum sexus ini-
mitas & imprudentia qua stimulante plerum-
que maritorum titillatione adversus pro-
pria commoda in conjugium consensu
præbent.

6. Hæcque causa, quod multi Canones
matrimonia sine consensu parentum con-
tracta damnent, *Cano. nostrates & alii 31. q.*
Ipsimetque Acatholici mortalis & gran-
peccati damnant filios sine parentum con-
sensu matrimonia ineuntes, unde *Georgius*
Franzkius in suis *exercitationibus Jusdict.*
q. 3. n. 16. relatis in utramque partem senten-
tiis sic concludit, quæ cum ita sint, Conclu-
demus tandem gravissime quidem illos pe-
care liberos, qui parentum Authoritatem
aspernati propriæ libidinis ductu uxore
maritosvè sibi copulaverint, & nefacian
hoc interno conscientiæ honestatisqne ve-
culo obligari.

Prop